



## II. Abtheilung: Mittheilungen.

### Ein Beitrag zur Geschichte der engl. Benedictiner-Martyrer unter Heinrich dem VIII.

Mitgetheilt von P. Bruno Albers, O. S. B. in Beuron.

Der nachfolgende Bericht über das Martyrium zweier Priester in London, von denen der eine dem Orden des hl. Vaters Benedictus angehörte, fand sich in den Actenstücken, welche im Archiv des althehrwürdigen Klosters Monte Cassino über die englische Benedictiner-Congregation aufbewahrt werden. Der Brief ist nur eine Copie und trägt als Datum den 31. Januar, den Tag des Martyriums jener zwei Glaubenshelden. Der Bericht stammt augenscheinlich von einer derjenigen Personen, welche bei der Hinrichtung zugegen waren. Möge dieses Actenstück ein kleines Seitenstück zu jenen Abhandlungen sein, welche der leider so früh verstorbene P. Suitbert Baeumer seinerzeit in diesen Heften über die englischen Benedictiner-Martyrer unter Heinrich VIII. (cf. 1887, IV, 502 und 1888, I, 22 und II, 213) veröffentlichte.

Trigesimo primo Januarii martyrium passi sunt Londini in Anglia D. Raynoldus sacerdos e Clero saeculari et P. Albanus Rhó sacerdos et monachus ord. S. Benedicti Cong<sup>is</sup> Angliae.

Prior mitissimi vir ingenii ante quatuordecim annos capitis ob sacerdotium damnatus at beneficio et clementia regis vitae usura gavisus jam demum annuentibus comitiis, nulla facta mentione gratiae a rege indultae, morti addictus fuit. Cum ad patibulum esset graviter et serio ad populum peroravit media quasi hora de fide et religione catholica ob quam ajebat, si tot vitas haberet, quot arenas mare, tantumque sanguinis quantum illud aquae libentissime et eas omnes et hunc se effusurum quanto magis illud tantillum vitae, quod ei jam seni supererat asserens non morte sua causam catholicam sed mortem potius suam causa

catholica nobilitari; tanto affectu sermonem habuit ut moverit plurimos et nonnullis lacrymas excusserit, in genua procumbens fervide admodum rogavit pro rege, regina, regia prole et regno; ignovit omnibus iisque praesertim, qui quoquomodo illius se morti immiscuerant, mirum nonnullis visum, quod cum habitus semper fuerat timidioris naturae, magni tamen animi constantia et supra, quam sperari poterat, fortitudine subierit.

P. Albanus Rhó natus in oppido S. Albani in Anglia, monachum induit apud Benedictinos Aglos (!) in Lotharingia. In Angliam missus a viginti circiter annis ad praedicandum fidem, ob eam aliquoties in carcerem abditus atque inde liber dimissus amicorum opera captus denique in comitiis Londini mense Januario capiti damnatus fuit, quod sacerdos auctoritate Sedis Romanae initiatus fidem catholicam in Anglia praedicasset et functiones sacerdotales obiisset. Sententiam ut audivit, gratulari visus est, in-quiens cum Christus pro me vitam suam posuerit, magnum non est si ego vicissim mortem pro eo oppetiar. Inceperat et ipse verba ad populum facere dum pro patibulo staret, mox plectendus in hunc tenorem: „Domini mei huc venio morte puniendus ob crimen laesae majestatis, hoc est quia sacerdos sum; id enim crimen laesae majestatis apud nos est — ad quae verba vicecomes infit (is nempe qui hujusmodi scaenio ex officio praeest), imo quod Sacerdos Romanus es, respondit P. Albanus ei multum ego honoris nihil criminis eo nomine situm puto, nec enim aut apud Turcas aut infideles hodierno die, nec apud ullos haereticos crimen laesae majestatis unquam audit Sacerdotem Romanum fuisse, priusquam crudeles et injustae leges Reginae Elisabeth id statuissent. Plura dicturo silentium vicecomes imposuit, tunc ille ad eum conversus: Dic mihi, inquit, domine, quod si mihi animus esset sacerdotis meo nuntium remittere, catholicam deserere fidem et vestrae me sectae addicere, an possim adhuc veniam vitamque sperare? Utique, respondit ille, nec aliud a te nos petimus, quam ut velis vivere nosterque fieri nostrae te sectae addicens, nam continuo tibi vita donabitur. Itane inquit P. Albanus, cum igitur ad ipsum patibulum perventum sit, quomodo sperare poterò haec promissa rata futura, quod mihi pignus das, quam fidem hujus sponsionis, ut securus illico certus sim et veniae et vitae consequendae. Certissimus esto retulit vicecomes, mea vita pro tua erit. Tum conversus ad populum P. Albanus: „Jam, inquit, boni viri ex hac nostro discursu clare videtis, quo ego crimine laesae majestatis teneor quodque ob delictum mori debeam, quia nempe sacerdos et catholicus sum. Nam audistis mihi vitam et oblatam et concedendam si fidei et religioni catholicae velim renunciare quod ego nunquam adducar, ut faciam, nam si tot mihi vitae essent, quot peccata, eas omnes libens, libensque ab causam catho-

licam deponerem. Tum iterum indicto ei silentio iussus carnifex lege agere, ipseque, quod et D. Raynoldo factum, suspensus et pro more in quattuor partes dissectus.

Corpore erat firmo, ingenio hilari atque animo imperterrito nam e carcere egressus et in eandem cum D. Raynoldo traham recumbens, ut ad patibulum ab equis ductaretur, delibatum per jocum pulsu D. Raynoldi, dic inquit, frater ut habes, quae vires, quae mortis indicia? et sub ipso patibulo eum non nemo eum conveniret et salutaret, optimum inquit ariolum! jam viginti anni sunt, quod mihi suspendium divinasti et ecce me in furcas figendum; sic animus illi maturo constans et intrepidus gratia confirmatus, et conscientia optimaе causae mortis impavidus fuit.

In Angliam missus, ut animas ad gremium reduceret ecclesiae et lucraretur Deo sanctum illud et Apostolicum munus nec in ipso suae mortis articulo constitutus praetermisit. Nam ad patibulum consistit toto eo tempore, quo D. Raynoldus ad populum proloquebatur, ipse conversus ad quendam, qui simul astabat ob malefacta cum iis capite mox puniendum, serio cum illo agere visus est et salutis suae admonere. Et quoniam is tunc rogatus, abnuisset simul orare cum ministro praedicante et jamjam plecendus serio se P. Albano commendavisset, jam, inquit, tempus est, ut me adjuves et recorderis mei, non inconstanti fama creditum fuit eum ad instar boni latronis in ipsa morte resipuisse et opera P. Albani ad gremium S. Matris Ecclesiae reductum. Non alios nisi sunt catholici majoris constantiae et fervoris documenta dedisse nam plures ex ipsis se ingessere satellites, ut martyres salutarent, alii manibus, vestibus alii oscula ingeminabant, alii constantiam, fortitudinem faustaque omnia iis apprecabantur.<sup>1)</sup>

## Die Abtei U. L. Fr. von Oulton in England.

Von P. Pius Göppel, O. S. B. in Erdington.

Am 12. Juli vorigen Jahres sah die Benedictinerinnen-Abtei zu Oulton (Staffordshire) eine schöne freudige Feier. Die Töchter des hl. Benedictus begingen in bescheidener, aber doch festlicher Weise den hundertsten Jahrestag ihrer Uebersiedlung von Belgien in die englische Heimat. An der Jubelfeier betheiligten sich der hochwürdigste Herr Bischof von Birmingham, sowie eine ansehnliche Zahl der benachbarten hochwürdigigen Welt- und Ordenspriester. Den Morgen des festlichen Tages verherrlichte ein Pontificalamt in der schönen Capelle der Abtei, den Nachmittag

<sup>1)</sup> Dieser letzte Satz scheint nicht ganz richtig abgeschrieben zu sein, steht aber so in der Copie.